



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Montis-Sereni Sive Lavterbergense

Mader, Joachim Johann

Helmeſtadi, 1665

Fvndatio Monasterii Benedicten Pvem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11088

FVNDATIO MONASTERII
BENEDICTEN PVEM.

ANno Domini dccxl, indictione viii. sub *Zacharia* Pa-
pa, tempore quo *S. Bonifacius* in *Francia*, *Frisia*, *Austra-*
sia, *Bavaria* fidem Christi seminabat, cum jam jam Ecclesie
& monasteria in *Bavaria* confurgerent, in loco & in solitu-
dine in via condiderunt & fundaverunt primum monasteri-
um, dictum **Benedictenburn** / tres fratres viri clarissimi,
Latsied / **Waldam** / **Ellant** / tam virtutum quam di-
vitiarum inclyti primates regni, & regis *Caroli*, patris *Caro-*
lomanni & *Pipini*, consobrini.

Anno Domini mclxvii. & circa illud tempus *Welfo*
Dux *Bavariae* senior complura fundavit monasteria, videli-
cet **Kaitenpuch** / **Aldorff** / quod modo **Weingarten** vo-
catur, **Altenmünster**, & Ecclesiam *Racensem*; & his peractis
Hierosolymam versus proficisci coepit, iiii. Kal. Aprilis.

Anno Domini dccclxxvi. Dominus *Gero* Colonien-
sis Archiantistes construxit **GLADEBACENSE** cœnobi-
um, quod situm est in diœcesi *Coloniensi*, sed in dominio &
terra *Iuliacensi*: & viget sub *unione Bursveldiana*.

CAMPIDONE monasterium construitur per *Andega-*
rium qui etiam Abbas effectus est ibi, Anno Domini dcllii.

OPHO Angliae Rex, avus maternus *S. Williboldi*, pri-
mi Episcopi *Eichstetensis*, monasterium fundavit **SCHVTTE-**
RENSE in *Mornavia*, unde usque hodie dicitur **OPHONIS**
CELLA. Anno Domini dccxvii.

BVCHAVGIENSE cœnobium fundatur à nobili Co-
mitissa *Adalinda*, uxore *Hattonis*, cujus tres filii nequiter oc-
cisi, in eodem monasterio consepeliuntur, scilicet **Berina-**
ger / **Regrimof** / & *Gerarde*. Anno Domini dccclii.

AVGESNOVEN fundatur à *Bernhero* Comite de *Sass-*
purg & Domino in *Ortenberg*, anno Domini

SCHAF-

SCHAFHUSEN monasterium *Omnium Sanctorum*, fundatur per Comitem *Gebehardum* de **Nellenburg**. anno

Monasterium REICHENBACH fundavit *Diepoldus* Marchio, dictus de **Dechpurg** / ad petitionem matris suæ *Lucardis*, & uxoris *Adelheydis*, temporibus *Henrici* Imperatoris quarti.

ETALL cœnobium fundatur per *Ludovicum* Imperatorem quartum, & ponitur per eum primus lapis, Anno Domini mcccxxx, in die *Vitalis* martyris. Primus Abbas *Fridericus Henrichreiter* sumtus ex **Reichenbach**.

VISPACH cœnobium monialium fundatur per *Haiskam*, filiam regis *Arragonia* viduam, & relictam *Ottonis* Comitis de **Scheurn** / anno Domini millesimo, septuagesimo septimo.

HIRSAW fundatur ab *Henrico* iv. Imperatore, genero *Conradi* Imperatoris, in loco nativitatis suæ, in *Hircinia* silva, *Tempe cervorum*, anno Domini miii.

Monasterium ETTENMVNSTER fundatur ab *Higeruo* Episcopo *Argentinenfi*. Alii dicunt ab *Eihone*, qui primus fuit Abbas in *Augia* majori, etiam condidit **Etrenheim**. Anno Domini dcccxxxiii.

Circa annos Domini dclxx. in partibus *Noricorum* erant duo fratres, *Albertus* & *Ockarius*, ex patre *Burgundi*, ex matre *Bavari*, divitiis præpollentes, Deumque timentes, consanguinitatis affinitate proximi *Pipino* Regi, patri *Caroli Magni*, fundaverunt Monasterium **Tegernsee** nostri ordinis; *Albertus* novem comitatus in *Bavaria* possedit; *Ockarius* ducatum tenuit in *Burgundia*.

Anno Domini dccccl. *Rathardus* presbyter & Dei famulus apud **Piensee** / quod obsonitum aquæ ibi decurrentis nomen accepit, monasterium *S. Georgii* martyris construxit, ibique *C. nonicos regulares*, &c.

Anno Domini dccccxxxiii. *Eberhardus* Comes præpotentissimus, fraterque ejus *Adelhero* in castro **EBERSBERG** monasterium Canonicorum regularium fundarunt. Postea tamen *Vdalricus* filius dicti Comitis Adelheronis ordinem regularium Canonicorum in monachos nostri ordinis commutavit.

Anno Domini dccccxcvii. *Gebehardus* primus hujus nominis Episcopus Ratisponensis præficitur. Hic in territorio urbis Ratisbonensis quendam locum **Pruel** dictum, monachicæ vitæ aptum elegit, & monasterium construxit. Dotatum est per *Ottionem* M. magnifice & privilegiatum.

Anno Domini MLXII. septem fratres *Scotti*, quorum nomina sunt hæc: *Marianus*, *Mathantinus*, *Murchertachus*, *Clemens*, *Gervasius*, *Isaac*, & *Donatus* Ratisponam venerunt, & sicut in Chronicis legitur, quendam mortuum nuper in patibulo *Zandolphum* nomine ibidem resuscitaverunt, ac tempore *Ottionis* Episcopi tunc temporis locum, ubi nunc est *Prioratus S. Petri* extra muros civitatis inhabitare cœperunt.

Eberhardus Comes de *Ebersberg* supra dictus super flumen *Ilmuze* monasterium etiam construxit **Geysensfeld** ordinis nostri, anno Domini dccccliii. & circa.

HISTORIA FVNDATIONIS MONASTERII BOSAVGIENSIS.

ANno Domini millesimo centesimo decimo, sub *Henrico* Imperatore hujus nominis quarto, sed in ordine regum quinto, auctorisante in Ecclesia militante post *Urbanum* viro Apostolico *Paschali*, Dominus *Theodoricus* *Zitzeni* Ecclesiæ digne præficitur, vir vere commendandus, literis apprime eruditus, contra schismata, quæ nonnunquam suo tempore pullulabant, propugnator Catholicus, & in